Dissertatio inauguralis medico-chirurgica, de fistularum nova, tuta ac compendiosa sanatione ... / offert Johannes Nicolaus Röper.

#### Contributors

Röper, Johann Nikolaus, active 1694-1697. Hoffmann, Friedrich, 1660-1742. Universität Halle-Wittenberg.

#### **Publication/Creation**

Halae Magdeburgicae : Literis Christiani Henckelii, [1697]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/zhcdrbv2

#### License and attribution


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO - CHIRURGICA. De FISTULARUM NOVA, TUTA AC COMPENDIOSA SANATIONE, Quam RECTORE MAGNIFICENTISSIMO; SERENISSIMO JUVENTUTIS PRINCIPE AC DOMINO DN. FRIDERICO WILHELMO, ELECTORATUS BRANDENBURG.HÆREDE, &c. &c. &c. IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA EX DECRETO GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ PRÆSIDE PRO-RECTORE MAGNIFICO DN. FRIDERICO HOFFMANNO, D. MEDIC. ET PHIL. NAT. P.P., MEDICO ELECTORALI AULICO, N. PROMOTORE, PATRONO, PRÆCEPTORE AC MOECENATE AD ARAM DEVENERANDO. PRO DOCTORIS GRADU Ad XII. Martii M DC XCVII. horis ante & pomeridianis In AUDITORIO MAJORI Placidæ ac publicæ Philiatrorum cenfuræ offert JOHANNES NICOLAUS Skoper/ Halberft, Saxo. HALE MAGDEBURGICÆ, Literis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHI-RURGICA,

## FISTULARUM NOVA, TUTA AC COMPENDIOSA SANATIONE.

I.



I ullus artifex judicio hominum expositus eft, certe qui manu ægrotantibus opem fert, seu chirurgus eft, quot capita tot sententiæ ac judicata de ejus effectis & sanationibus exaudiri solent; vulgus ad judicandum præceps & ineptum, omnem quem præstat effe-

Etum, fortunæ five adverfæ five fecundæ adferibit, nullo habito respectu ad morbi & ægrotantis conditionem aut ipfius chirurgi scientiam, unde nihil vulgatius nihil communius, quam quod distingvat inter fortunatum & infortunatum chirurgum; equidem non negandum, vim quandam in medendo quandoque intercurrere superiorem, qua in contrarium agente, quicquid tentatur, felici caret successiv, loquente sc Magnissico DNO. PRÆSIDE, Praceptore ac Mæcenate, de me ob maxima beneficia immortaliter merito: (a) attamen genuina chirurgi fortuna quærenda potius est in ejus scientia, hinc etiam Coo fortunatus dicitur  $i\pi i = i = j$ , fcientificus, der seine stunst wohl verstehet / qui nimirum ex-A 2 qui-

(a) In fundamentis suis medicine solidisfimis. p. 194.

quifite callet morbi ingenium, medicamentorum vires, & ex ratione omnia agit, uno verbo, rationalis. Pulchrum eloquium Livii eft, (b) Cuncta, quæ fumma ratione & confilio acta funt, fortuna femper fequitur : exftat quoque infignis locus de fortuna medici apud Hippocratem, (c) dum inquit; medicina mihi jam inventa effe videtur, quæ fic habet, quæ docet fingulas & confvetudines & occafiones, qui enim fic medicinam novit, minime fortunam respicit & exspectat, sed & citra fortunam & cum fortuna recte faciet.

II.

Quemadmodum ergo infelix medicus dicendus eft, qui nec cognita morbi & ægrotantis indole ac caufa nec perfpectis medicamentorum viribus, eorum ratione temporis & dofeos applicatione ægrum fanare conatur, fic etiam chirurgus infortunatus & omni fuccessi felici carens est, qui præter jam dicta & manuali évxégees destitutus temerario aufu opus fuum exfequitur; tabs farinæ autem turpe di-Au, aft verissimum, plurimi sunt, hinc quando successu destituuntur, fortunam ceu bumanarum rerum prasidem imprudenter incufant. Quo circa danda non minus chirurgo quam medico fedulo opera est, ut addiscant vera natura, quibus agere folet, principia, ut rerum caufas calleant, vereque rationales reddantur, fic omnia ex voto fuccedent, & magna præstabunt, quæ impossibilia credit ignarum chirurgorum vulgus; In exemplum hic adducam fiftularum cujusvis generis facilem & compendiofam curationem experientiæ & rationis ductu inventam. Quam execrandum malum fit ulcus hoc fiftulofum, & in quantum illuserit vulgarem medendi rationem, res inter chirurgos notisfima eft. nihilominus via ac methodus mihi cognita est multiplici experientia & ratione corroborata, facili negotio & ultra quoddam incommodum brevi dirum hoc malum fanare & fuperare, & quoniam specimen profectuum meorum edendum fuerit, placuit, hanc materiam majori industria & exqui-

(b) lib. 5. cap. 19. (c) tom. 1. de loc, in bomine §. 58. pag. 393.

evquifitiori indagine impræsentiarum agitare. Ut autem hi mei conatus felicissimus sortiantur eventum, supremum, numen devotis veneror precibus, velit sua gratia & nunc & imposterum mihi adesse quam benignissime.

#### III.

Nolo autem circa nominis enodationem ac derivationem fistulæ diu morari, bene memor istius moniti apud Cartesium: (d) ne longiores simus in verbis quam inrebus ipsis. Brevissime itaque eam præmittam : fiftula ergo nomen fuum obtinuiffe videtur vel ab arundinearum fistularum fimilitudine annotante Parao, (e) vel quod imitetur fistula musicum aliquod inftrumentum, ut volunt Galenus & Trincavellius, (f) quandoquidem in iis cavitas & ductus deprehenduntur, arundinum cavitatibus & mufici inftrumenti ductibus non disfimiles. Græcis audit σύςιγξ, έλη Go κολπώδες η τυλώδες, germanis dicitur, eine Fiftel/ ein Rohr : oder Soul Gefchmar/ ein Fiftulirter Schade. Eft autem fistula ulcus finuofum inveteratum araum & oblongum interius & exterius callofum aliquatenus indolens; ulcus vero dicitur, quia nimirum fœda & impura est continui solutio, seu filamentorum, quibus solidæ partes conftant, dilaceratio, unde cavitas quædam nascitur, quæ putridam & maliodoris lympham in finu fuo fover; ulcus tale pus minus bonum & coclum gignit, fed magis ichorofam. acrem materiam effundit, in quo etiam differt ab abscessu, qui ingens cavitas eft, quæ copiofum & bonum pus complectitur : Oblongum folet effe, in principio arctius cum oris præduris tumentibus & inverfis, in profunditate autem augustius fieri folet; Oræ præduræ & callofæ cicatrice interdum obducuntur tenui, sed quæ mox disrupta ulcus renovat, quandoque etiam materia acris copiofa contenta alias vias quærit, & novo orificio foràs prorumpir.

## IV.

Quod attinet fiftularum subjectum, sciendum, quod in omnes machinæ nostræ solidas partes invadere soleant, non A 3 enim (d) Princip.part.1.§.74. (e) lib.12, cap, 21.

(f) lib. 3. de compos. med. cap. 13.

enim tantum in carnem agunt eam exedendo, fed & glandulas earumque vala, arterias & venas, nervos, tendines & cartilagines adoriuntur, ubi acerbum sæpius dolorem commovent, imo ipfa offa primum tenella, deinde folidiora depafcunt, quæ putrida cariofaque facta materiam pessimi odoris fundunt & fanationem efficiunt difficillimam. Has autem partes tanquam subjectum generalius intimius ut rimemur, operæ pretium utileque fore judicamus, exinde enim fiet, ut in fequentibus eò felicius occurrentia phænomena expiscari posfimus. Omnes itaque, quas diximus, partes solidæ ex fibris constant, hæ funt earum prima stamina & filamenta, hæ prout magis vel minus craffe, tenere & subtiles existunt & prout rectum vel obliquum fitum habent & quo compactius vel laxius coeunt, varia constituunt organa, sic in medio laxius, in principio autem & fine strictius coeuntes lineamque rectam fequentes, musculos, eorumque funiculos ob strictiorem unionem albos nominatim tendines efformant, motus totius machinæ instrumentum aptissimum; strictissime vero fefe coadunientes offa tanquam fulcra, quibus corpus suftinetur, producunt; hæc fi adhuc mollia funt & laxiora formam cartilaginum induunt\_. Porro, si diversimode hæ fibre super se funt strate, præsertim autem transversim, membranæ & tunicæ evadunt: Ulterius, fi instar cannæ indicæ perforatæ & ex alba cerebri substantia progredientes cavos constituunt funiculos, nervorum nomen suscipiunt; Ex hisce fibris circulariter, longitudinaliter & transversim deductis cœtera. omnia vafa speciatim arteriosa, venosa lymphatica originem habent; quod glandulas denique attinet, nihil aliud illæ funt, quam vasorum minutissimorum ex fibris jamdictis confitutorum implicatus nexus, ingrediuntur eos nervi & carnea fibrofa filamenta, quæ varie & horizontaliter circumducuntur, exterius membrana valde tensa investiuntur; Videmus itaque ex hisce allatis omnes solidas partes ex uno constare principio fibrolo, & quod faltim differentia harum, partium à magnitudine situ ordine & usu desumenda veniat, notandum hic adhuc eft, quod omnes hæ fibræ quales quales etiam

etiam fint, liquore vel fangvineo vel nerveo, vel aqueo turgeant, à cujus præfentia fuum esse & robur omnino dependet, & qui, quando erosio harum sibrarum sit, exitum affectat & esfluit.

Hæ fibræ jam enarratæ omnes partes 'totales conflituunt in corpore noftrø, & has aggreditur fiftula; remanet faltim... adhuc quæftio, an fiftulæ etiam invadant offa, quod tamen non vero fimile videtur, dum dura fint & refiftentiam habeant; refpondemus ergo, licet refiftant & duriora fint, tamen fucceffu temporis exedi poffe, affirmat aphorifmus *Hippocra*tis (g) Quæcunque, inquit, ulcera annua funt, in iis os abfcedere necellum eft: ulterius obfervationes paffim teftantur, fic recenfet Dn. Mays, (h) quod ex ulcere fiftulofo aliquot fragmenta offea protraxerit; nos quoque aliquot obfervavimus exempla, quæ tamen inferius, ubi commodior erit locus, enarrabimus; Denique huc collimat methodus medendi, quæ tradita à Vigone, (i) à Sculteto (k) & aliis eft: fubire itaque poffunt omni jure fubjectum fecundarium.

### VI.

Ulterius nunc progrediemur, & quoniam fiftula in s fingulis partibus propria quædam habet, ut *Celfus* (l) loquitur, opus quoque erit, ut ipecialius in ipfas pro partium conditione inquiramus, aliam enim naturam, aliudque ingenium & mores fiftulæ affumunt, aliamque exigunt fanandi viam, prout partes tendinofas, offeas, mufculofas, nerveas membranaceas magis vel minus invadunt, unde etiam diverfa pro partibus affectis fluxerunt fiftularum nomina, ut dicatur *lacrymalis*, maxillaris, genæ, colli, pettoris, abdominis, ani & ejusdem generis; fingulas has feorfim fpectabimus; ejusque phyfiologiam brevibus tradamus, ne hac neglecta idem nobis accidat, quod illi apud Marchette, (m) qui orificium urinarium

(g) lib. 6. aph. 45. (h) chirurg. rat. obs. 2. decad. 4. (i) in chir. part. 1. lib. 4. cap. 18. (k) in armament. obirurgico. (l) lib. 5. cap. 28. (m) obs. 60. rium in pudendo muliebri pro fistula habuit; Exordium au. tem facimus à fistula lacrymali, cujus primarium inhæfionis fubjectum eft faccusille lacrymalis, qui fitus eft in majori oculi angulo, & eft 'nihil aliud, quam oftium canalis, per quem liquor promanans à lacrymali glandula in nafi cavitatem prolabitur; Veteres hoc in loco fingebant glandulam, quæ tamen ab oculatioribus anatomicis nunquam hic observata fuit. Audiamus hacde re Dn. Tauvry: (n) Hæc glandula, inquit, non reperitur in homine, sed loco ejus productio quædam sive faccus, qui proprie loquendo est introitus in canalem, per quem lacrymæ effundendæ in cavitatem narium defluunt. Confirmat id ipfum autoning Petr. Dion. (0) Anatomici, inquiens, lacrymalem glandulam superadjiciunt in majori oculi angulo politam, sed falluntur, nulla enim in homine occurrit, arbitrantur, illam prominentiam & carunculam, quæ tamen eft membranæ palpebrarum coitio, effe glandulam; Secundarium subjectum sunt partes circumjacentes maxime finus ethmoidales, qui in nalum terminantur, & materiam. mucofam ibi deponunt, item os nafi ungvis appellatum, quod totidem interdum perforatur, eft hoc exile & tenue circainternum oculi angulum, ad oftium canalis nafalis fitum, positæ ibi quoque sunt rami ex arteria carotide & venajugulari, item productio nervi à quinto & fexto pari.

## VII.

Infiftulis maxillari & genæ totum tractum å glandulis parotidalibus & apophysi mastoidea ad annulum primum arteriæ alperæ pro subjecto agnoscimus, quo referri etiam debent præter cutem externam & pingvedinem vafa fangvinea, musculi buccinatoris portio, musculi labiorum masseter & biventer, qui omnes funt vel labiis movendis vel motui maxillæ inferioris, quæ tantum est mobilis, dicati; Positæ quoque ibi funt glandulæ eximiores diversi generis & magnitudinis cum infignibus ductibus & vafis falivalibus. Conglobatorum innumeræ funt in labiis & palato, conglomeratæ funt parotides

( Hab. 5. cap. 28.

(n) in anat. nov. part. 2. cap. 7. p. 357. (o) in Anat. corpor. buman. p. 370. 5 371

des, quæ totum illud spatium replent, quod interjicitur angulo posteriori mandibulæ inferioris & apophysi mastoideæ. Infra maxillares internæ locatæ funt feu Warthoniane ab illarum ductus inventore fic dictæ, hæ filæfæ funt, lympham puram copiosam fundunt; Vidimus nuperrime virginem, quæ laborabat fistula maxillari, cujus orificium exstabat in eminentia offis maxillaris ad latera colli, transibat per medium glandulæ Warthonianæ & terminabatur in dente molari extremo, dente hon evulso, primum fangvis exstillabat purus tam intra quam extra os, interjectis aliquot diebus pura exftillabat lympha, maxime quando loquebatur vel cibum mafticabat, cujus origo haud dubie glandulofæ hujus læfioni adscribi debet, felicissime tamen nostra methodo exquisita sanatio sequebatur. Trahi quoque huc possunt dentium fistulæ, in vulgus enim notum & expertum eft, quod ferme nulla genæ fistula absque dente carioso fiat, quo extracto sponte malum evanescit. Meretur huc recenseri singularis & curiosa quædam observatio, quam Venerandus meus DN. PARENS in principe quadam Sereniffima Quedlinburgenfi annotavit; Vexata hæc diu fuit ulcere fiftulofo genæ, omnibus fruftra. adhibitis remediis à celeberrimis etiam Medicis præscriptis. Chirurgus è vicinia accersebatur, qui adveniens suspicabatur de dente cariofo, quem cum no invenit, sed loco ejus tumorem quendam gingivæ, judicat latitare ibi mali fomitem, fumfit lanceolam, eumque licet omnibus circumstantibus medicis & reliquis chirurgis diffvadentibus aperit, fic in confpectum veniunt sequenti die festucæ & radices olim à dente extracto relictæ, quibus singulari cum instrumento extractis, demitur. fimul longa ac rotunda membrana, hinc fiftulofum ulcus externe incipit guttulas aliquot sangvinis fundere, & intra paucos dies curata fuit diu fatis macerata hæc Princeps. Dn. Muys (p) nonnulla fraementa maxillæ inferioris exeuntia ex fistula observavit. Ejusmodi & nos quoque vidimus in virgine illa, cujus supramentionem fecimus.

B

(p) loc. citat.

VIII.

Obser vatur quoque fistula in collo, per collum significamus productionem thoracis, quæ initiu sumit ab atlante, qui eft prima prope caput vertebra & terminatur in primam thoracis, que vocatur eminens; longitudinem colli constituunt fex vertebræ, pars anterior guttur, posterior cervix appellatur, de priori faltim, quoniam tarius in posteriori fistula gignitur, dicendum eft, complectitur autem guttur præter vafa fangvinea jugularia & carotidalia lymphatica etiam & nervofa, oesophagum, arteriamque asperam, quæ etiam subjecta diro nostro malo eft, sic fistulam, quæ transibat per duos arteriæ asperæ annulos, describit Marthette (q). Notandum eft, quod interdum talis fiftula finus multos faciat & fubrepat ipfas claviculas, qualem observationem annotatam lege apud Scultetum. (r) Præterea adoritur quoque fævum hoc morbi genus ipsum pectus, quod constat ex tribus diversis substantiis ex offea nimirum, cartilaginofa & carnea, quoniam non folum infervit cordi & pulmonibus tuendis, fed etiam fui ipfius extenfioni ac compressioni congruenter ad partium istarum motum, has partes quoque fistulosum ulcus occupare folet : quod & ipfam pectoris cavitatem cum cordis erofione & perforatione transierit, observatum est à Marchett (s). Denique umbilicalem fistulam ad intestina tendentem rariffimam, obfervavit idem Marchett. (t) Ipf: Hippocrates (u) fimilem umbilici fiftu-Iam ex vulnere obfervavit, ex qua nonnunquam magnus proveniebat lumbricus, unde judicatum fuit, inteftinum fimul fistula fuisse tactum, exquo perforato lumbricus prodiit.

IX.

Restat adhuc exploranda illa fistula, quæ circa sedem. exoritur, & ani fistula nuncupatur, occupat hæc primum va-

6

(q) in obf. cbir. obf. 37. p. 91.
(r) armament. cbir. part. 2. obf. 50.
(s) l. cit. obf. 47.
(t) obf. 53.
(u) epid. lib. 6.

sa venosa hæmorrhoidalia, quæ ut Tauvry (w) inquit, anum quasi corona cingunt, horum munus est, sangvinem per arterias allatum revehere, in his facilis, ftagnatio fangvinis accidit, præfertim propter fitum perpendicularem, ubi afcenfus semper difficilis, deinde etiam compages intestini recti nimis laxa effe folet, quare ob debilitatem toni partis hujus fangvis ibi subsistit, tenues vasorum tunicas distendit & acrem corrosivam tandem indolem induit, & affectus dicitur hæmorrhoidis cœca, ab hoc femper originem suam petunt ulcerofi ani & partium circumjacentium musculorum & ipsius sphincteris sinus, cruor enim serosus extrinsecus summa acredine imbutus intestini recti membranas reliquasque conterminas carnes perrodit atque exedit; De fiftulis hisce ingentem tractatum, qui legi meretur, scripsit Hippocrates, qui uti author medicinæ vetuftifimus, fic etiam optimus quoad fanandi hæc ulcera methodum. Marchette (x) fistulam ani ininfante adhuc satis tenero observavit atque curavit.

X.

Hisce jam perspectis ad generationem fiftularum progredimur, qua cognita curationis via felicius inveniri poterit; seite ait *Hippocrates* (y), Medicus, quisufficit ad cognoscendum, ad fanandum etiam sufficit: seuprout sefe explicat (z); qui causas corporis affecti probe agnoscit, potens est valde ea. adferre, que corpori prosunt. Multa autem sunt, que ulcerum horum productioni velificantur, ex quibus potissimum locum obtinet succorum vitalium & maxime lymphæ impuritas, veteribus dicta cacochymia, recentioribus fcorbutur, ex improbo victu aut ex viscerum aut emunctoriorum prava. affectione contracta; Salia nimirum corrosiva acria magna potentia agendi instructa pene omne absolvunt punctum., utpote que spiculis armata instar gladiolorum fibras carneas B 2 difcin-

(w) loc. cit. pag. 26.
(x) pag. 192.
(y) lib. de arte.
(z) libr, de flatibus.

discindunt ac dissolvunt, ossium lamellas duras & tenues tubulos, quibus sefe inferunt, acrimonia sua consumunt, cariemque inducunt, quosvis minutifimos in cartilaginibus ac glandulis angustifimis porulos intrant, & acrimonia sua. exedunt exteruntque, nerveos quoque ac membranaceas partes confumunt magno cum dolore & cruciatu. Compertum enim ex chymia mechanica eft, quantum jus in duriffimis corporibus folvendis v. gr. cornubus, dentibus, offibus animalium possideant acida, uti spiritus nitri, salis, oleum vitrioli & aceti concentratus: membranæ animalium & vulgo vesicæ ab effluviis spiritus nitri ex facili corroduntur & in minimas partes discerpuntur, molliores quoque carneas vivas brevi destruunt, uti id cernere licet in fontanellis ab acidis excitatis. Similis generis utut intertexta lymphæ, mucilagini ingenerantur quoque corpori nostro, quæ, quamdiu hoc involucro tenentur in partes haud quaquam defæviunt, donec diuturnitate temporis per moram ac stafin à visco hoc nudata corrofivi impetum in partes adjacentes exerceant. Sicuti itaque omneulcus, sic quoque in principio fistulas præire solet inflammatio partis, quæ nil nisi obstructio est minimorum porulorum à flagnante fangvine vel lympha transitum æthereorum globulorum liberiorem retardans, unde dolor, tumor, rubor, arteriolarum distensio exsurgunt; salia enim incarcerata ob motum vehementiorem & attritum ætheris fubtiliora & acriora reddita intime penetrant folitos partium tubulos, ipfos dilacerant, unde neccharia stafis fangvinis, ex hac corruptio & pus, quod acrimonia fua magis corrodit partes, majoremque cavitatem & finum format, exoritur. Étenim conspicimus inflammationes demum, ubi nimium quantum fibrillæ fuere passæ, parere ukcera, minus autem, fi penetrant falia, fed folæ prodeunt inflammationes: Jam autem, falium morboforum acrium in corpore genefis maximam partem dependet ab oppilatione emunctoriorum, per quæ fordes hæ falinæ fulphureæ à vitalibus fluoribus ordinarie fecernuntur, hæc autem in corpore relicta, non tantum polluunt fangvigvinis & lymphx fluorem, verum etiam concitatiores motiones, fibrarum irritationes efficieur, quibus motibus increfcentibus falia hæc variè atteruntur, m.joremque acredinis vinacquirunt : motus enim eft, quia falia varie modificar illaquediverfifimæ indolis producit.

Ex hisce jam adductis facile patebit ratio, cur scorbutici, hypochondriaci, cachectici, lue venerea affecti, folenetici, quibus viscera minus salva, sed obft pata infarcta & corrupta funt, ob fuccos impuros ac falinos tam frequenter ulceribus varii generis imo ipfis fistulis corripiantur; Item constabit ratio, quare omnia illa, que ad diferafiam acido viscidam. humorum contribuunt, uti crassus & falfugine imbutus aër, victus falfior & vifcidior, ordinariarum excretionum retentio vel suppressio, ulcera ejus generis non tantum pariant & producant, verum & producta foveant, & illorum curationi refistant, hæc enim ulceri materiam ac pabulum fuggerunt, quibus non remotis, illud fanefcere minime poterit. Hildanus uteri fistulam, quod notabileest à suppressions observavit mensibus (1). In viris hæmorrhoides suppresse ob stagnationem fangvinis acrioris & vifcidi fiftulofa circa anum produxerunt. ulcera, observante Hildano. (2) Excellentissimus Dominus Dolaus (3) mulierem post lochiorum fluxum inppressum vidit copiosifimis crurum ulceribus infeftatam.

## XII.

Præterea nofter affectus natales fuos fumit ab ulcere præpoftere tractato in partibus præfertim glandulofis, teftatur id ipfum *Guido de Caulico*, (4) fiftulam, *inquiens*, plerumque præcedunt ulcera cavernofa. Inter alia probat hoc fiftula lacrymalis ex ægylope & ani ex hæmorrhoidibus exulceratis; Memorabilis qvoqve mihi occurrit cafus, qvem nu-B 3 per

(1) obf. 61. cent. 2.
 (2) obf. 75. cent. 2.
 (3) in encyclop.ed. chirurg, Cap. de ulcerib.
 (4) tract. 4.

per Halberstadii apud DN. PARENTEM annotavit : Juvenis nimirum corripiebatur febricula cum horripilatione præcedente, hanc subsequebatur tumor ingens circa regionem lumbarem, in confilium vocabatur rudis quidam & magis facrificandi quam chirurgicæ artis peritus balneator, qui judicans tu. morem hunc esse luxationem femoris, arripit osla, illaque fortiter distendit summo cum ægri tormento, tumor autem distensione hac disparere noluit, hinc quid factu opus sit nesciens, emplastrum applicat ad fracturas, quo ulterius materia. contenta ulcerofa fatis maturata finus faciebat, elapfis quatuordecim diebus, vidit, quod tumor mollescat sponte sua, apparente in superficie cutis eruptionis signo, hinc brevi temporis spatio pus erumpebat, quod dum profundius propter moram penetraffet, & altos egiffet radices, in fiftulam degeneravit horrendam, quæ duos accepit canales, alterum in loco affecto, alterum circa anum; Similem ferme historiam confignavit Vir in operationibus suis experientissimus Dn. Sölingen (5): Facile enim, quando abscessius maturos non recto tempore. aperti vel in loco decliviori aperturam non inflituit chirurgus, fistulam excitare potest. Præterea experientia docet, ex vulneribus progigni quoque fiftulofos finus, quod accidere folet, quando inftrumentum, quod vulnus infligitur, non re-Eta via sed oblique transit, dum quis positura ac situ non re-Eto, sed inflexo ac curvo vulnus accipit, cavitates tuncfacile formantur, que si non rite à stagnantibus humoribus deputantur, callos producunt & materia alio in loco decliviori erumpit, ficque fiftulæ fiunt; fiftulas à trajectione globi plumbei bombardæ per obliquum facta quinque inde natas confignavit sepius laudatus Du. Marchette (6). Idem quoque accidit, quam curam vulneris chirurgus protrahit, quod in. principio facilioris curationis eft, postea ob fymptomata, quæ hisce complicari solent, difficillime sanantur : Sic hic locorum in filiolo Gallie lingue Informatoris observavi fistulam lacrymalem horrendam, hæc originem fuam debet vulneri per cafum

(5) In chir. operat. p. 195. part. 2, (6) obf. 56. p 303. fum ab alto excitato & poste à chirurgis male tractate, terminatur hæc in os ungvis nasi, jamque per annum duravit, & quoniam jam os ibi cariofum susperimento difficilior ejus evadet. Denique constat experimento queque & ebfervatione, usum remediorum acrium, calidorum in ulceribus & vulneribus, dum majerem humorum assum ac stasim producunt, occasinem fistulis præbere.

#### XIII.

Porro etiam fi finus & absceffus aperti non legitime depurantur, fistula gigni potest, fordes enim ibi hærentes majoris acrimoniæ & erofionis participes fiunt, quæ proximas partes confumendo finus majores & callos efficiunt, fit autem hoc maxime in vulneribus & ulceribus partium glandulofaru v. gr. glandularum maxillarum, parotidalium, fubaxillarium (quale citatus fapius Dn. Marchette exemplum habet (7), mammarum, ingnimalium, folet in hifce partibus continuus effe affluxus humorum ob difciffos ductus lymphaticos; fi itaque ipfis nonliber affluxus & exitus conceditur, vappefcant, corrumpuntur, acredinem contrahunt, unde finus angufti & oblongicallique fuccrescunt; sic memini casus, qui contigit ante aliquot annos Halberstadii, dum Iudæa quædam laborabat ex tumore duro in mamma finistra, chirurgus vocatus jam famofus apud chirurgorum vulgus ob multos chirurgiæ libros compilatos, tumorem suppuratum aperuit, cum autem fimul ductus infigniores lactei læfi erant, non potuit non, quin continuo exstillaret lympha chylofa cum pure, neglecta à chirurgo hoc omni purificatione, humor exefione finum ingentem gignebat, qui fistulosam reddebat totam mammæ ferme fubstantiam, advocabatur ergo alius & quidem prudentior chirurgus, qui originem mali rectius penetrans imposuit brevem canalem argenteum orificio fistulæ, ita ut pus liberum haberet exitum, purificat ulcus interno decocto ex myrrha, aloe, fl. rofar. & vino parato, quod fingulis diebus aliquot

(7) obf. 58. P.95.

quot vicibus fyringa injecit, fic intra decem dies grande hoc ulcus fiftulofum felicifime fanatum fuit; Ad fiftularum ani generationem multum facit fortior motus maxime equitatio, ab hâc enim diductio & extenfio vaforum hæmorrhoidalium facile fieri poteft, quod jam fuo tempere notavit Hippocrates (8). Geftatio fætus, dum hac venæ comprimuntur, & per illas fanguinis circulatio lentior fit, cæcas hæmorrhoides in nonnullis inducere folet, quale exemplum exftat in Horftio (9) & Losfio (10). Obfervamus quoque å nifu vehementiori parturientium vafa hæmorrhoidalia valde diftendi & cæcas hæmorrhoides producere, quæ improvide & minus decenter tractatæ facile in fiftulas abeunt.

## XIV.

Aspectis jam causis tam proximioribus quam remotioribus, quæ affectnm noftrum generant, dispiciendum jam erit de rationibus phænomenorum & explicatione illorum, quæ fistulas affidue comitari folent. Observamus autem. perpetuo in fistulis callum forma fistulæ instrumentalis, cujus naturam & caufam paucis evolvimus: callus ergo caro dura eft, indolens impediens in ulceribus confolidationem; Durities partium folidarum in corpore noftro varias agnofcit caufas. Compertum enim ex philosophia mechanica eft, quam diu per corporis poros fluidum quoddam circulatur & fertur in. copia five æthereum five liquidum quoddam aliud fit, tamdiu partes mollitiequadam gaudere, fimul ac autem pori obftipantur materia chaffa angulari, ac itus & reditus fluidi cujusdam impeditur, partem majorem renifum & à coarctatis poris duritiem acquirere, uti id multis experimentis probare licebit. Præterea æl corpus compactum & folidum efficiendum multum quoque contribuit incumbens atmosphæræ ambientis pondus, utpote liber aëris aditus ad partes molles pondere suo poros comprimit, fibrillas, ex quibus partes contextæ funt

(8) lib. de fiftul. (9) lib. 1. obf. 16. (10) lib. 3. obf. 28.

funt,' arctius conjungit, exhalationes vaporum impedit, ficque omni expressa fluiditate stabile & firmum efficit corpus; Quantam compressionis vim aër atmosphæricus habeat in corporibus, ex quibus aer internus expulsus est, confirmant adhæfiones firmiffimæ cylindrorum (narmoreorum accurat politorum, nec non hæmisphæria cuprea exquisitius sibi juncta; Jucundum & preffionis aeris atmosphærici ad oculum demonftrans experimentum eft, quod Magnificus DN. PRÆSES, rerum naturalium felicissimus scrutator, in Collegio suo experimentali curioso physico exhibet, nimirum si vesica qualiscunque firmiter annectitur antliæ orificio, ex eaque contentus aer beneficio emboli expellitur, videbimus, latera vesicæ quàm firmissime fibi adjungere, adeo etiam ut dilaceretur prius vesica, quam latera dimoveri queant; Pressione itaque tali externa fibræ cutis propius ad fe invicem accedunt, pori coarctantur, & ex illis omne fluidum incolens expellitur; Tali ratione. etiam generantur calli in manibus & pedum plantis, labor enim & agitatio illarum partium cum duris, multaque ambulatio callos copiofifimos compressione fibrarum carnearum producit. Quod autem pori arctiores existant in ipso callo, transpiratio hac in parte prohibita edocet, ex facili enim in talibus partibus generantur ulcufcula (vulgo Qneesen) ichorem purum continentia, quæ ex effluviis sub cuticula collectis propter claulos poros fuccrescunt. Ut. itaque accedamus ad applicationem, calli fiftularum accersendi potissimum sunt ab externo aëre gravi, qui intrans finus & cavitates immediate fibris carneis incumbit, poros coarctat & circulationtm fluorum per partes has compressas reftringit & sufflaminat, unde vita sive sensu & motu privantur, viscidæ autem particulæ tam extra quam intra sefe per compreffionem apponunt, ficque callo incrementum accedit: Experimentum domesticum est, pultes calidos in superficie gignere cuticulam craffiusculam, quæ non nisi aëris externi pressure debetur, qua firmius conglutinantur particulæ vifcidæ repressis particulis fluidis mobilibus: Simili ratione aer frigidus-

addising and and the colour

gidus operatur in molliores carnis partes, illas indurando ac firmando; Denique ad duritiem illam callofam acidi ulcerofi vis coagulans fluidas partes multum facit, utpote experimentischymicis conftat, acidos spiritus five falis, five nitri, five vitrioli sit, confusos cum lacte, sangvine, albumine ovi mox fubstantiam fatis firmam producere: Idem contingit, fi spiritus nitri affunditur oleo Juniperi, concrescit exinde refinosa ac solida substantia, que candele seu igni admota instar resinæinflammabilis eft : Simili ratione acidum ulceris fluidum illud feu liquidum, quod per meatus folidarum partium tranfit, in motu fiftere poteft, ipfisque coagulum inducere. Callus hic tenfatione caret, dum constat ex lamellis firmiter fibi connexis, in quibus & per quas nullus fit motus, itus & reditus fangvinis, iymphæ & fluidi nervei; membranaceæ & fibrofæ partes firmissime constrictæ, dum sufflaminant motum. fluidi fimul sensu & motu privantur. Præterea callus refiftit in fiftulis omni fanationi, hinc non nifi callo remoto, fiftulæ fanabiles fiunt, partium enim conglutiuatio ad fe invicem impeditur, dum nimirum materia nutritia alibilis per callofos poros non penetrat, hinc coadunitio fibrarum haud fieri poteft.

#### XV.

Accedimus jam ad productionem cavernarum & finuum obliquorum, qui in fiftulis cernuntur & proprie eas conftiruunt. Nimirum materia acris in partium folidarum tubulis Ragnans, dum exitum non invenit, pressura tam propria quam aeris incumbentis viam fibi præparat, poros vicinæ carnis intrat, filamenta ipsius dilacerat & depascit, duriora. nominatim offà, cartilagines, arteriam & nervum primo intacta relinquit, dum tam subito perforare ea nequit, novam hinc efficit cavernam, ex qua deinde novi producuntur canales. Sic in Juvene fupra memorato accuratam. quali reflexionem materiæ observabamus, fistula nimirum. in uno latere incipiebat, ad os terminabatur, à quo reflectebat, ut fi ex altero latere rediret. Quis non hic perspicit, qua ratione multiplices finus ac canaliculi in uno ulcere appareant; canales isti fistulosi rotunditate maxime gaudent, quia aeris prespressio circa latera omnia in parte illa exesa æqualis eft, unde rotunditas exfurgit; Præterea orificium fiftularum exterius multo durius & angustius est, quam canalis interior, quoniam materia acris ichorosa ad orificium non perfringit, sed gravitate sua in profundum magis serpit & ad latera, accedit quod aer frigidus exterior oras ulceris tumidiores & duriores reddat, unde orificium angustius evadut, cui visciditates facile se applicant materiæ sintrinsee ampliores efformat sinus & cavitates.

#### XVI.

Sunt & alia, quæ fistulis conjunguntur, quæ propriam etiamnum animadversionem disiderant, nimirum cernitur. in fiftulis pro diversitate subjectorum & partium affectarum variæ materiæ effluxus, in nonnullis pus album coctum, in aliis nigricans, graveolens visitur, nonnullæ ichorem saltim tenuem acrem fundunt dilutum, etiam mali odoris, versicolor eft. Bonum fignum existimatur, si coctum & album. pus apparet. Accidit plerumque in recentibus fiftulis, vel fi materia partes fangvineas & carneas vel nova cavernam in antiquioribus paraverit, ut hinc pus rubrū, ichorofum appareat; Albedo puris debetur commixtioni particularu acidarum cum gelatinofis & oleofis fucci nutritii: Familiaris chirurgorum. præparatio eft ungventi de lithargyrio, ubi folutio lithargyrii cum acido facta per intimam mixtione & triturationem cũ olivarum oleo album infert calore,idem contingit, quando ovi abumen cũ frusto aluminis per tempus agitatur. Notas Clariafimis Dn. Muys (11), quod fi aqua fortis commisceatur cum fero fangvinis, momento exfurgere colorem album & materiam instar puris. Graveolentia intimæ reactioni ac mutuæ particularum falinarum ac fulphurearum combinationi seu putredini dissolventi debetur, notum enimest, corpora sulphurea maxime mineralium in poris diversorum salium agitata, exemplo præparationis fulphuris aurati antimonii & lactis fulphuris, fœtentisfimum exhalare odorem, notat enim fœtor C2 fum-

(11, Is podalirio fuo, fuper obf. 2. desad 4.

summam salium sulphuris sangvinei contextum destruendi activitatem, hinc in cancrofis & sphacelosis ulceribus exfecrandus fœtor exfurgit; testari solet pessimus ejusmodi odor de corruptione partium solidarum & acredine humoris peccantis notabiliori. Materia effluens fapius maxima acredine tincta eft, ita ut linteamina arrodat. Henricus ab Heer (12) scribit, quodin ulcere uteri aliquando instrumentum exploratorium immissium nigrum & arrosum fuerit. Nos quoqué raram ac fingularem notavimus historiam Jena sub ductu Excellentissimi Dni. D. Schlevogtii, Anat. Chir. ac Botanices Professoris celeberrimi, Patroni mibi quam colendissimi, nimirum, corripiebatur ante biennium vir quidam é plebe malo ischiadico inlatete dextro, hoc nulla observata diæta nullisque adhibitis remediis in ulcus succrescebat, quinque itaq; digitis infra articulationem offis femoris cum coccyge apertum ingentem materiæ copiam fudit, ulcus vero cum nullis remediis nec internis nec externis cederet, fiftula exoriebatur, qua per longum temporis spatium summis cum torminibus vexatus, accedente tandem tumore aquofo fcroti & partium aliarum circumjacentium, miferrime obiit. Post fectionem cadaveris & fpeciatim ulceris hujus invenimus circa caput offis femoris & in ipfo capite ac acetabulo offis coccygis acerrimam cafeofam & tartaream materiam magna in copia, qua ligamentum, quo os femoris cum coccygis acetabulo connectitur & quod magis eft ipfa cartilaginofa fubstantia, qua hæcoffa in articulationibus circumducuntur, confumpta, ipsaque ossa summa carie corrupta cernebantur; luculento indicio, potens acidum & acre ibi latitasse. Et quamvis acredo hæc guftus organon non femper feriat propter nimiam molecularum tenuitatem, non neganda tamen illa ipfa eft, fic regulus, vitrum & crocus antimonii acrimonia haud expertia funt, quam etiam exferunt, dum fcirrhofas carnes item exfuperantes abfummunt, in lingva tamen minime percipitur. Johannes Bauhinus (13) meminit, vitrum antimonii mundasse

(12) obs. 14. (13) In ep istol. ad Caspar. Bartholin. lib. de caut. cap. XIV. ulcera fordida & egregie aperuisse fteatomatum folliculos. fi tenuis eft lympha utplurimum acris minus purulenta, tunc acidi spicula oleosis & ramosis plus temperata & obtusa sunt, haud quaquam autem in fanie & ichore; Veteres has species puris nominarunt Virus, melagium, fordes & ichorem. Virus eft tenuis ac sociida materia, quæ carnem ac cutem exedit; malagium oleosa, quæ communiter à carie ossium oritur & valde foetet. Ichor tenuis succus sulphureus & falsus eft, fordes est materia lardo similis, qvæ lutosa spissa non facile per canaliculos fluit musculorum.

#### XVII.

Discuffis hisce operæ erit pretium paulo penitius determinare, quibus indiciis opus fit ad cognoscendum hunc affe-&um. Optime autem id efficitur, si externe digitis id exploramus, an dura adsit productio, an illa per lineam rectam vel curvam in cute proferpat & paucus vel nullus dolor fentiatur. Formam fiftularem specillo five inftrumento exploratorio inquirimus, fi nimirum adfunt longæ productiones vel in recta linea vel in curva, tunc profundius ingreditur instrumentum, hoc enim exploramus, quo tendat fistula, an ad latera pertingat vel surfum aut deorsum : certum quoque fignum eft, fiulcus fiftulofum femel curatum denuo recrudefcat, & in hoc vel in alio loco renovetur. Paraus (14) Multis, inquit, cuniculis & in labyrinthum anfractuosa judicantur. fiftulæ, fi non alte descendit specillum, & nihilominus plus faniei effluit, quam tam exigui ulceris ratio ferat: an vero tortuosa sit, opus est, ut id recte cognoscamus, præstamus autem id ipfum virgula quadam cerea vel inftrumento tali, quo folet vulgus purgare suas tobaci fistulas, hæ enim ad quæcunque latera se flectere & ad fistulæ figuram sese accommodare poffunt. Quod vero specillo vel instrumento exploratorio jubent explorari Celsus (15) & Paulus, id Hippecrates per allii

C 3

re-

(14) lib. 12. cap. 23. (15) loc. citato. recentem scapum experitur. (16) Certiores quoque reddimur de fistulæ præsentia, si ulcus diu duraverit, quæ enim annua sunt ulcera, in iis cicatrices cavas fieri, necessu est, monente Hippocrate. (17) Congruũ adhuc eft exponere figna ad specialiores fistulas cognoscendas necessaria, quoniam autem hæc maximam partem nomina sua receperunt à parte affecta, sic & figna exinde fluunt. Fistulam itaque lacrymalem cognofcimus ex exulceratione carunculæ fiftulofa circa oculi angulum majorem, fapius faltim intumescentia adeft cum rubore, qua comprella fanies erumpic & ferum acre album aut viscidum, interdum etiam visitur extrinsecum foramen. Fistulam maxillarem indicat plerumque effluxio materiæ inter menducandum & oscitandum, præsertim si vasa lymphatica. funt corrola. Ani & intestini fistulam manifestant ante apertionem manifestissimi dolores, rupto vero abscefsu, ichor exstillat summi fætoris, si fistula salvo sphin-Atere inteftinum perforaverit, specillo explorari poteft, utpote hoc deprehendi potest digito oleo inuncto & ano intruso. quod si auten fistula tortuosa est, stylus non facile in anum penetrat, fed feces alvinæ per fistulam redduntur, & liquor inje-Etus per anum exitum quærit. Si fistula non penetraverit. intestinum, sed inter recti tunicas hæret, patet id ex immisso specillo, quod digito non fit obvium, sed inteftini membrana tegitur.

## XVIII.

Examinatis fic causis & phænomenorum occurrentium rationibus expositis, nunc ad prognosin sive affectus nostri eventum properandum est. Attendenda autem hic primum est sedes fistulæ & partis affectæ structura ac conformatio. Summatim tamen asserimus, fistulas quæ ad interiora pertingunt per culi haud esse expertes & difficilem admittere sanationem, cum non tam commode mundari, nec ad ea medicamenta tam facile pertingere possint, & quam facillime pars quædam & vas nobilius arrodatur. Sic lethalis est illa, cu-

(16) lib. de fistul. (17) apb. 45, lil. 6.

cujus mentionem facit Dn. Marchette, (18) ubi ex vulnere offis sterni fistula exorta fuit, & ad ipfam cordis substantiam penetraverit; Exadverso fistulis, quæ extrinsecus sunt & visui obviz, melius opitulari posiumus, sic promte curantur, quæ superficiales & cutanez funt, quarum curam inter quatuordecim dierum spatium promittimus. Si autem ad musculorum tendines arterias, venas nervosque penetrant extra periculum. non funt; Hippocrates (1) inquit, fiftulæ difficillimæ funt, quæ in cartilaginofis & excarnibus locis ac cavæ funt, & procedunt ac fanie manant femper & caruncula in ofculo ipfis ineft; Curatu autem faciliores funt, quæ in mollibus & carnofis partibus existunt; quæ circa articulos fiunt, ægre fanantur partim ob fynoviæ fluxum moleftiffimum, partim etiam ob motum ibi continuum; Hildanus (20) Infanabilia fiftulofa ulcera pronunciat, quæ circa juncturas mandibularum funt, his tamen non attendentibus vidimus talem fistulam nuperrimes curatam in virgine circa juncturas maxillarum, hæc dabat puram & continuam lympham tam inter cibos mafficandos quam oscitandum; sic diuturna & difficilis observatur curatio, fi fistula obfidet oculi canthum, intestina, vesicam, canalem urinarium tum propter sensibilem partium constructionem, tum propter impeditam medicamenti applicationem. Albucafis (21) fistularum, inquit, quæ ad intestinum rectum aut.veficam tendunt vel ad offa caudæ penetrant, curationem nihil aliud effe, quam laborem infirmorum & fatuitatem stultorum medicorum. Cuitamen experientia tefte prorsus contradicimus.

#### XIX.

Porro diversa quoque nascitur prognosis quoad amplitudinem vel augustiam cavitatum; fistulæ, quæ ampla habent orifica, melioris notæ sunt illis, quæ angusta habent.; Item quæ breves desinunt in cavernas & sinum, quæ unum. dustum

(18) obf. 47. pag. 119, (19) In coac. (20) obf. 48: cert. 4. (21) cap. 88. lib, 2. duclum quali in alium mittunt, moleftiam chirurgo creant in curando fatis magnam. Galenus ait, (22) fiftulæ profundæ, antiquæ an fractuolæ & quæ plures habent finus ægre recipiunt curationem, ut & illæ, quæ ad os transeunt, talem Paulus Aginetta (23) curare absque manus opera impossibile effe judicat, nisi temporis spatio squama vel os abscedat; porro etiam quamdiu os cariofum & callus in fiftula remaner, nulla speranda reconvalescentia eft, nam os sphacelatum semper inficit partes vicinas. Ulterius fistula, quæ à carie offis est, omnem respuit sanationem, nisi pius succuratur cariei; ab ulceribus vero, abscesfibus & vulneribus que sucrescunt, melius & citius sanescunt. In scorbuticis & cachecticis, uti omnia vulnera & ulcera sic quoque hæ difficulter clauduntur; docet id ipfum Hippocrates (24) dum inquit: Ulcera hydropicorum vix imo ne vix curantur, hinc etiam cavendum eft, ne cauteria inurantut hydropicorum corporibus: novi, inquit, Heurnius (25) hocevenisse in Doctore, medicoque celeberrimo Ultrajectino, qui cum ab aqua fatigaretur, inuri fuis cruribus ulcera juffit, at illa mox ad gangrænam abibant & hominem abripiebant. Denique ratione accidentium prognofin facimus, fic si ê fistulis v. gr. excernuntur lapides, qualem Schulzius communicavit (26), & in qua vermes generantur, quales Borellus (27) nec non Magnificus Dn. PRÆSES (28) observarunt: Item fi per fistulosa ulcera excretiones ordinariæ, ut hæmorrhoidum Auxus per fiftulam inteftini recti, qualem nos hic Hala obfervavimus in viro magni nominis, & menfium per uteri fiftulam, de quibus cafibus differit Kerkringius (29), longum & diuturnum requiritur tempus in curatione.

XX. His

. the

(22) lib. 3. de humoribus.
(23) lib. 4. cap. 49.
(24) lib. 6. aph. 8.
(25) in comment. ad aph. 8. lib. 6. Hippocr.
(26) in ephem. ann. 9. 5 10. obf. 185.
(27) in obf. medico-physic. obf. 48. cent. 2.
(28) in notis, quam Poterio dicavit cap. 47.
(29) in obfervat. anatom. 85. 5 86.

His omnibus nunc expositis ut methodum medendi quoque tradamus ordo & ratio postulat, ante autem quam id efficimus, quæftionem & dubium illud, quod plurimi medicorum & chirurgorum movere folent, refolvere & diluere volumus. Utrum nimirum fiftulæ antiquæ tuto confolidari queant, nec ne? Negativam fustinent, Paraus, Galenus, Hildanus, Paraus (30) Veteres, inquit, & quæ per plures annos fluxerunt fifulæ fioccluduntur cicatrice, non folum graviffima pariunt fymptomata, fed & mortem inferunt præsertim in corpore senili & infirmo; quam fententiam author forte ex Galeno (31) haufisse videtur, qui ait, quod antiquæ fistulæ in loco declivi & a principali parte remotæ fint relinquendæ, fique ex fe ipfis vel alio pacto claudancur rurfus, aperiendæ. Hildanus quoque suam affert experientiam, referens (32): cuidam viro, qui fiftulam multis laboribus cicatrice obduxifiet, post curationem tot ac tanta supervenisse symptomata, ut illam rursus aperire coactus fuerit, hoc facto ægrum non folum convaluisse, sed etiam multos annos commodæ adhuc vixisse, neque confolidationem fistulæ amplius tentare voluisse, ne fibi accidat, quod Poëta canit:

Incidit in scyllam, qui vult vitare charybdim,

Hisce nunc consentiunt Barbette (33) Vidus Vidius, Arnoldus de Villa nova, (a) Fabricus ab Aquapendente (34) Ex neotericis Paulus Ammanus (35), (36), Scultetus (37). Mea sententià decretum hoc & statutum fluxisse ex illorum ignorantia videtur : fiftulas itaque legitime ad fanationem perducere posse, ex ratione & experientia firmum. ha-

(30) lib. 12. pag. 21,

(31) Comment. 39. sett. 3, lib. 6. epidem., & lib. de humoribus.

(32) cent. 5. obf. 73.

(33) lib. 3. cap. 5. de fiftul.

(a) in parabol. medicat. de curatione meatus innatural. c. 4. aph. 1.

(34) lib. 3. fect. 1. cap. 13.

(35) in prax. vulner, lethal, biftor. 5, decad. §. pag. m. 178.

(36) Idem in paranef. pag. 370.

(37) In armamentar. chirurg. tab. 45 fig. 3.7.

habemus, quod tamen pace illorum virorum dictum fueric. non nego, ulcera illa antiqua, item fonticulos diu gestatos cum euphoria fi in corporibus impuris celerrime clauduntur ante debitam fangvinis purificationem, fæva quædam fymptomata inducere posse ipsa experientia consentiente; emunctoria enim ibi quasi nova formata sunt, per que non tantum ferum copiofum viscidum, sed & falsum & acidum propter pororum convenientiam fingulis diebus evacuatur, quod alias retentum quantitate sua facile delinquit; Interim tamen & in contrarium citamus experientiam uberrimam, ulcera vetustissima item fonticulos à longo tempore inustos citra ullum incommodum consolidatos fuisse, modo internis prius remediis depurantibus, corrigentibus, evacuantibus impuram humorum maff m decenter invertere & eliminare ex corpore studeamus. Sic quoque nota sunt nobis varia exempla, ut fistulæ etiam antiquissimæ citra ullum fanitatis incommodum aut subsequentem morbum etiam absque copioso internorum usu consolidatæ fuerint. Potius afferimus, fistulas neglectas & fine curatione relictas in ingens vitæ diferimen corpora injicere : cernimus quotidie in fiftulis lacrymalibus, quod cœcitas, nisi opportune ipsis medeamur, presso pede subfequatur, dum nimirum aqueus humor nurrimento fuo debito privatur. Deinde in finu fiftulæ continua acredo generatur, quæ innumeras cavernas & cuniculos parit exefione ac corrofione fua, unde humorum ingens corruptio & iphacelus creari poteft. Extat hanc in rem fingularis obfervatio apud Horstium (B), nimirum filia xXII. annorum per trienninm fistulosis ulceribus circa genu dextrum laborabat, hinc corpus confumptum, continuo dolebat pars affecta, & quoniam totum os una cum patella cariofum judicatum fuit, de pedis supra genu amputatione deliberatum fuit, exstirparum ergo eft felici cum successi. Item Marchette (38) narrat, se in fistula lumbari per tempus aperta id fuisse expertum., quod æger continua febri & magna pedum macie correptus fuerit. XXI.

Edens the pa

(B) lib. 9, obf. 20. (38) 06.50.

Ut autem proximius ad ipfam curum accedamus, præmittendæ prius funt indicationes, ad quas tanquam nauta ad pyxidem nauticam fuam navim, chirurgus curandi rationem ducere ac dirigere debet. Primum ergo eft, fi quædem adeft humorum discrasia feu impuritas, hæc ut penitus tollatur, neceffum eft ; Secundo, respiciendum eo eft, ut callus removeacur & scirrhus, fine cujus remotione nunquam exspectari potest constans cura. Tertio, offium caries & corruptela auferenda eft, fi adeft, quo facto denique fistulæ mundandæ, fibræ conglutinanda, & cavitas carne replenda, Quod primam. indicationem concernit, fumme necessarium eft, illis in calibus, ubi igens humorum discrafia, tollere illam non quidem V. S. ac cucurbitulis, purgantibus fortioribus aut diaphoreticis calidioribus, fed magis illis, que acrimoniam falfam tartaream diluunt, temperant, infringunt, & evacuatoria publica aperiunt; Ex hifce autem omnibus palmam præripiunt præmissa, fi plethora urget, venæ sectione, decocta seu potius infusa saturata vulnerariis & lignosis sangvinemque edulcorantibo v. gr. herb. heder. terreft, agrimoniæ, fumar. fannicul. pilofell, hepatic. fl. bellid; urtica mortua, fcordio, vincetoxico, radice chinæ, ariftolochiæ rotund., altheæ, lign. faffafr, faffaparill., Juniper., conis abietis &c. nec in parva fed in magna quantitate, nec bis vel tribus vicibus, fed per aliquas feptimanas fingulis diebus ad minimum bis hausta. Tali modo exhibita. magna præstare solent, magnum enim in medendo arcanum existimamus, debitam quantitatem medicamentorum nosse; sepe optima sunt remedia, que nisi justo tempore, dosi ac quantitate offeras nil prorsus proficiunt. Consentientes hac in re quoque habemus Forestum (39), qui in fiftulis maxima. cum utilitate se propinasse decoctum lignorum testatur, vide plura, que habent Franc. Pecquetius (40), Johann Tagaultius (41). D 2 Fo-

(43) lib. 5. part 2, cap. X.

(14) in giving garage in (14)

(39) lib. 7. obf. chirurg. (40) lib. 3. cap. 13. (41) lib. 2. inft. chir. Forest. (42), Sennert. (43). Huc quoque quadrat Paracelsi (44) decoctum vulnerarium.

## XXII.

Præterea notum eft, ad fangvinis depurationem etiam vulgariter laudari falina neutra, nitrofa, tartarea, item tinctu ras bezoardicas, mixturas diaphoreticas, salia volatilia, spiritus volatiles oleosos, fuliginis, lignorum & quæ sunt generis alia; sed ut paucis de hisce interponam judicium meum, hæc mihi haud quaquam noftro scopo quadrare videntur, utpote medicamenta falina neutra item fixa alcalina humores magis acuunt, falsedinem, quæ jam sufficienter inest, inducunt & ad difcrafiam fangvinis falfam & tartaream corrigendam parum contribuunt, nisi ad abstergendam intestinorum amurcam illa quis velit adhibere. Volatilia calida & acria nimis exagitando maffam humorum & fangvinis calorem inteftinum accendunt, partes humidas & ferofas diffipant, & acrimoniam humorum adaugent. Præter autem hæc dicta jam interna purgantia leniora admittimus, maxime pilulas ex gummi ammoniac. & mercurio dulci mixtas, hæ quotidie ufurpatæ ad aliquot septimanas potentissime obstructiones solvunt, visciditates corrigunt, salivam copiosius fundunt nec no fuccum in pancreate & glandulis inteffinalibus exiftentem: præter hæc & rhabarbarina, fenna maxime per infusionem parata commendari merentur. Quæstio etiam oritur, an salivatio merculialis locum habere possit ? Nos pro affirmativa decernimus, fi nimirum lympha infigni peccat coagulo & obftructiones ductuum minimorum obstinatisfimæ funt, ita ut decocta prædicta ad rebelles has obstructiones tollendas inefficaces fint, maxime accedit, fi luis gallicæ ad fit fuspicio; hoc quidem certum eft, fistularum callum tali falivatione tolli non posse vel solvi, interim tamen depuratis corporis nostri fluoribus facilius externa efficaciam fuam exferunt, & effeaum

(42) obf. 17. lib. 7. (43) lib. 5. part. 2, cap. X. (44) in chirurg. parvap. m. 182. & 242. Etum laudabilem præftant. Si autem hujus applicationem imbecillitas viscerum forsan impediret, mercurialia temperatiora in usum trahenda sunt, ejusmodi generis sunt cinnabarina, cinnabaris enim nil nis mercurius sulphure ligatus est, sique in copia per aliquot dies adhibetur, lymphæ coagulum egregie solvit, hinc in nervorum affectibus magnæ est esticaciæ, modo quis rite eam applicet. Epilepsiam hac sola curavit *Excell, DN. PRÆSES*.

## XXIII.

Pergimus ad fecundam nunc indicationem, quæ in hoc verfatur, ut callofitas & scirrhescentia auferatur, in hoc enim maximum curationis momentum eft; quemadmodum autem nullum os fractum conglutinatur, nifi interveniente callo, fic nulla fistula radicitus curatur; nisi callo remoto. Ut autem decenter illum removeamus, opus eft, ut decenter & immediate callofitatibus hifce remedia callum absumentia. applicemus, hoc autem utplurimum impediri folet fiftularum, quoad exteriora, angustia, hinc præcipue opus eft, ut prius orificia hæc dilatemus & satis ampla reddamus, quo pertingere ad callum & medicamenta applicari decenter queant; dilatant autem horum ulcerum oras arctas & præduras, omnia quæ humorem imbibentes vim quandam expansivam elasticam continent, quem in finem recipiuntur vulgo medulla fambuci, spongia cera probe imbuta & præparata, quæ mihi videtur omnium optima, ut & radix confolidæ, gentianæ, hæc efformata in figuram pyramidalem & parte acuminata in fiftulam intrusa hujus humiditatem imbibendo sefe expandunt sicque pedetentim absque dolore viam patentem medicamentis parant. Cavendum autem hic eft, ut in extra-Stione harum turundarum cauti eamus, ne dum nimis fint diftentæ hæ turundæ & hærent in partibus, extractione frangantur & portio quædam intus maneat, unde fæva & dolorifica. fymptomata oriri poffunt, quapropter bene monet Dn. â Sö-lingen (45), non ex fragili materia illas debere fieri & interdum, opus

(45) Chirurgia pag. 201. part. 2. Cap. 3.

opus esse, ut filo alligantur, ne intimius sefe in fistulis infinuent. Dilatato ergo quantum satis est orificio, applicari debent illa medicamenta, quæ callum & scirrhum illum dissolvunt & absumunt, præstant autem id tam medicamenta quam instrumenta.

#### XXIV.

Medicamentis aufertur præcipue in iis locis, ubi nec incifio nec uftio locum haber, & fi recentes funt, nec callus admodum craffis & durus eft, funt autem hæc medicamenta feptica variigeneris magis vel minus acria & corroliva pro conditione calli etiam applicanda. Inter mitiora quæ tenuem recentemque callum eximere possunt, funt fuccus nicotianæ,radix ari, helleborus albus. Hollerius (46) fcribit, magna vis inest helleboro contra callos, immissi fitulæ ad tertiu diem callum adimit. Media funt ammoniacum, alumen uftum, vitrum antimonii, ungvent. ægyptiacum, rubr. Felic. Wurzii. (47), apostolic., aqua virid. Hartmann. crocus metallor, viride æris & butyrum antimonii cum limatura martis ad temperamentum redactum. Ex valentifimis funt mercurius præcipitatus, sublimatus, lapis infernalis, aqua fortis, oleum & spiritus vitrioli, oleum arfenici. Tagaultius (48) describit aquam fumme proficuam in omnibus callofis fiftulis constantem ex mercur. fublimato, ungvento Ægyptiaco, aqua plantag. & rofar. Solingen (49) commendat turundas ex pergameno liquore aliquo corrofivo imbutas. Nos fæpius experti fumus, fi mercurius sublimatus miscetur cum camphorato ungvento, quod præstantissimus subsequi soleat effectus. Novimus quoq, emplastrum ex butyro antimonii & cera confectú quod callos probe auferat. Circa hæc dicta remedia in genere notandum. eft, quod primo liquida injicienda fint, solida autem sive pulveres cum humidis vel ungventis in spissam formam reda-

(46) In institut, chirurg. lib, 3. (47) in der Wund. Argney=Runft. (48) lib.3. de ulcoribus. (49) loco sitato. redacta sub specie turundarum quantum licuerit applicanda: Tertio acria illa falina caustica in partibus membranaceis teudinosis nerveis cautissime adhibenda, novam enim inflammationem dolore isto acerbissimo accersere possiunt: Quarto mercurialia, ubi ossa funt assecta & vitiata, cautissime applicanda. funt: quinto in applicatione, oleosa & unctuosa mixta cum hisce seu corrosivis valde labesactant & infringunt illorum. vim : fexto, tamdiu autem turundæ & alia medicamenta solida caustica funt linquenda, donec callus mortificatus se a sana carne separet & exitum assectet;

XXV.

Præterdicta autem novimus adhuc remedium excellentiffimum, quod in abfumendo callo vix par habet, cujus præftantisfimum usum non semel sed plus quam triginta vicibus expertus eft Dominus meus Parens Halberstadii & in districto vicino chirurgiam feliciffime multorum non fine invidià exercens, Est antem remedium illud unum fimplex nulla acrimonia. manifesta corrosiva imbutum, nullum graviorem inflammatorium dolorem excitans, aut alia fæva fymptomata producens: in omnibus fiftularum generibus locum habet, callum intra tres vel quatuor dies durifimum ita abfumit, & exedit, ut totus separatus extrahi queat, simul quoque possidet vim absumendi ulceris acidum corrosivum. Post extractionem collose substantiæ optimum generatur pus & confolidatio fequitur exoptata. Usus ejus hic est; redigitur nimirum in pulvere deinde cum liquido vel fola falvia mifcetur, ex hac mixtura fiunt turundæ, quæ in cavitates iftas quantum licet intruduntur, sic effectum dictum præstantissimum edunt: è contrario ficum un Auosis & oleosis commiscetur, non talis subsequitur effectus: eft fimplex, in pharmacopœis notiflimum, quod alias etiam in fiftulis commendant, sed semper cum aliis contraindicantibus adhibent. Antiquiffimi chirurgi legitime id adhibuerunt, sic quoque vetustissimus Chirurgorum & Medicorum Hippocrates (y) hujus remedii inter alia mentionem facit.

Si

(y) lib. de fistul. ani.

Si una vice non totus hoc remedio eximi poteft callus propter obliquum cuniculorum ductum fecunda vel tertia vice applicetur & fic omnis auferri poterit. Semper autem hoc obfervandum est in applicatione, ut profundius immittatur in fistulam & quamvis non omnibus calli partibus immediate applicari queat, accidit tamen, dum successive folvitur hæc turunda, ut vis medicamenti penetret ad absconditos ductus & efficaciam suam ibi exerat.

#### XXVI.

Inftrumentis quoque fiftulofum callum auferunt nonnulli chirurgi vel acutis vel ignitis, illis, dum circulus ille callofus ê medio aufertur, ita ut carnofæ fibræ fefe connectereiterum poffint, his, dum efchara callo inducitur & mortificatur. Ex acutis optima funt cultri falcati, qui fe ad turtuofitatem fiftularum probe applicare poffunt, uti eft Syringotomum apud Dn. Söling. (50) delineatum. Quomodo ignita applicentur videantur citati Dn. Sölingen, Scultetus (51) Pareus, Vigo & reliqui plures. Quod fectionem attinet, non tutum ea eft remedium, nam & interdum & nervi & arteriæ refecantur & prudentem requirunt & circumfpectum Chirurgum.

#### XXVIL

Tertia denique indicatio eft, ut caries, fi quæ adeft, offis dematur, interdum caries manifefta eft oculo, interdum fit, manifefta fpecillo, fi hoc, in fundo ulceris afperitas percipitur, vifui patet, fi os denudatum fiat pingvius & fucceffive nigrum & poft nigredinem hinc & inde perforatum. Ulcera autem, uti omnia fic quoque fiftulofa, ubi offium caries latet ad perfectam cicatricem perduci nequeunt, fed etiam optima fuppurata protinus recidivant, non enim poteft firmiter conglutinari caro cum offe cariofo, quia fanies ex offe plorans femper novum generat ulcus quod etfi confolidetur, caro tamen, quæ ulceri fupervenit, eft flaccida mollis, minus dolens & fimul fub ulcere ferpens, faniesque effluit longe copiofior pingvior

(50) in operat, chirurg. tab. 5. (51) in armament, chir. tab. 14. fig. 10, & 14, & tab. 35. fig. 8.

& acrior, qua in ulcere recte sele habente. Hæcaute caries tollitur, fi per labia ulceris dilatata caries offis in confpectu venit, ut hinc ipsi offi immediate medicamenta applicentur, vel si hocno potest & os profundius est, liquor infundi siphone debet; Ex omnibus autem que prævalent hic funt omnia illa, quæ sale volatili oleoso & copioso prædita sunt, penetrantia enim opus eft, ut minimos tubulos, ex quibus offa conftant, medicamentorum particulæ poffint intrare ; Sal autem volatile requiritur oleofum, quo acidum ulceris corrigi queat : Celebrantur autem inter hæc oleum caryophyllorum, cochleariæ, camphoræ ex cortice radicis cinamomi paratum, & præsentisfimum omnium pulvis euphorbii, de hujus fingulari efficacia legi potest Riverius (52), item Hildanus (53), (54), nec non Dn. Muys (55). Necessium etiam eft, ut primo os cariosum lima teratur & rodatur vel etiam scalpello, donec incipiunt apparere pun-Etula rubicunda. Funditus autem eam delere folet ferrum candens, fi os ipfo tangatur fæpius, quod tum ratione evaporationis acidi, tum ratione alterandi acidum agere videtur, uti bene ratiocinatur modo citatus Cl. Dn. Muis l. c. Notabile enim eft, fœtidum odorem post applicationem ferri candentis cessare statim. Offi autem denudato aspergatur pulvis maftichis, myrrhæ, aloes, rad. ireos florent., ariftoloch., vel pulvis ad cariem Sculteti (56) ex balfamicis constans applicetur. Quibus fuper imponi posfunt filamenta carpta & denique ungventum digeftivum. Si liquore opus eft, poteft is fieri ex aqua calcis viv., aloe, myrrh., effent. euphorb. & fpiritu vini camphorato, Interdum accidit, quod feftucæ os sponte sua relingvant, seque firmiter lateribus carneis & calli adhæreant, hinc conducit fæpius cum instrumento chirurgico (vulgo mit dem Schraubs Enfen) flocculis linteis obvoluto id ipfum os attingere, ut liberum exinde evadat & forcipe eximatur.

E

XXIIX.

(52) cent. 2. obf. 73. (53)cent. 2. obf. 93. (54) obf. 21. & 96. (55) obf. 8. decad.e (56) part. 2. obf. 59.

Obstaculis itaque omnibus remotis in eo omnis cura ac diligentia est adhibenda, ut bona carne impleatur fistulosa cavitas, & cicatrice obducatur orificium, quod interdum. sponte sua accidit, si fibre non nimis à se diftant & serum. ylugge's bonum præfenseft, faltim fuperposito fimplici emplastro, quod tonum partis firmat & ab aeris injuria defendit : quod si autem fistula nimis ampla est, dec octum ex vino, myrrha, aloe, fl. rofar. rubr., rad. ariftol. rot., fcordio, certaur. min. fyringe repetitis vicibus calide injiciendum eft, quo fordes adhucplenius detergantur, putredo arceatur & occlusio promoveatur; fed meretur hic attendi, quod tunc temporis fistulæ apertæ servari debeant, quo pus possit exire, si autem turunda fiftula clauditur, pus stagnans facile novos finus facere, & novum callum producere poteft. Dn. Owerkamb (56) 0mnes canales & turundas ex linteo carpto confectas in totu rejicit in omnibus vulneribus & ulceribus, quoniam callum pressura fua inducere possunt duriore & ulcusampliare : Verum existimamus, distingvendum esse inter turundas molliores ex linteo carpto confectas & duriores, quæ utplurimum id efficere folent; sæpe enim ex totali prohibito ufu turundarum calli finusque de novo generari poffunt, qualia exempla habet Sölingen (57) & Dn. Muys (58) qui inquit, turundæ tam diu usurpari possunt, donec omnis durities ablata fuit, id eft, donec omnis materia cris resoluta sit, & exitum affectet; quoad usum canalium plumbeorum existimamus, plumbeos obstipante fua vi nocere posse, melioris note autem este argenteos & tales, qui tantum transeunt orificium, & licet fic orificium fiat callofum, tamen ex facili & brevi hic callus cauftico levi tolli poteft. Tales canales fervantur in ulcere tamdiu, donec omnis durities est ablata & cavitas novis fibris est repleta ad orificium usque, hinc eximitur & cicatrix inducitur fal-

(56) in dem Neuen Gebäude der Chirurgie, pag. 310, 555. (57) part. 2, cap. m. 196. (58) In podalirio super observ. 4. decad. 4.

faltim emplastro faturnino. Carnis autem generatio est folius bonæ materiæ nutritiæ & fangvinis boni opus, nec unquam ex solis medicamentis sperari potest; dicuntur autem sarcotica, quæ balfamicas, temperatas & dulces particulas fovent, quæ humidum exceffivum confolidationem retardans abfumunt, roborando ipías partes & acidas salfas partes sangvinis temperando, palmaria autem funt balfamum Locatelii, peruvianum, Copayæ, gummi animæ, elemi, ftyrax liquida, maftix, myrrha. Effentia incarnans elegantissima fit, quæ componitur ex fl. rofar. rubr., hyperici, millefolio, aloe, myrrha, maftiche, fuccino, gummi elemi, balfamo peruviano & melle, fpirituofa enim ballamica longe melius humiditates abfumunt, quam terrea constringendo ipsas fibras & coagulando quoque, dum. influxum humorum impediant.

#### XXIX.

Quomodo autem cura fit dirigenda pro diversitate partis affectæ, & quas cautelas fistulæ singularium partium exposcant, paucis adhuc delibabimus; In fiftula lacrymali fi cauterium applicatum fuit potentiale, oculus plerumque tumore & infigni inflammatione corripitur, hincut probe ifte defendatur collyriis inflammationem arcentibus & palpebræ refpiciantur, omni ope nitatur chirurgus. Urgente offis nafi carie cauterium actuale tanquam longe tutius & efficacius potentiali applicandum est, quod etiam commendatur à Vigierio (59): modum inuftionis vide loco citato, item apud Aquapendentem, Sölingen, Scultetum (60). In operatione hac probe attendendum eft, ut oculum bene muniamus, quod Duranti Scaccho (61) debemus juxta Ammannum (62). Aquapendens cannulam. argenteam intrudit, ne oculus à ferro candente lædatur,& cannulam fortiter parti affectæ applicat, ut valida' compressione sensus quodammodo obtrudatur, tum ferro candente ulcus exu-

F.

(59) in chirurg. pag. 263. 264. (60) tab. 31. fig. 345. (61) subsidiaria med. 13. cap. 2. (62) paranefi pag. 405.

exurit, usque dum os lustrare posíumus, tum videatur, an os ulterius sit cariosum, nec ne, si est, adhuc uratur, postea curaripoterit, ut ulcus omne: ferrum hoc candens præscribit hic author fub forma nuclei olivæ. In principio autem talis fiftulæ adstringentia folummodo adhibenda funt, ut pori vaforum coarctentur, ne humores transmittant vitiofos, & cum lacrymæ folæ exeruntur, nec pus fibi conjunctum habent, aqua aluminosa inspergi potest. Bartholinus (63) ad callum in fistula hac lacrymali eximendum applicat solummodo adstringentia, quæ ut commode detineri possint in loco affecto adaptatum est instrumentum ab Aquapendente excogitatum, cujus figuram dabit depictam Sculterus (a). Interdum quoque accidit, ut fimul callus cum dente evellatur, hinc fubfequuntur guttæ fangvineæ, ubi id fæpius obfervavimus, præfertim autem in nobili Westphalo de Frisbergen, qui aliquot fiftulas habebat in gena, dente evulfo totus callus exemtus fuit, & fangvinis' profluxus ex fiftula fubfeqvutus, ficque feliciter curatus fuit; Vide de eadem cura Sennert. (64) Marc, Aurel. Severinum (65), Guidon. de Caulico (66).

#### XXX.

fiftulæ ani figulare & proprium quid habent, quod utplurimum non nifi fectione domentur, hanc quamvis Aquapendens prohibeat in hiftoria de paftore, qvi mortuus fuit ex doloribus, quos fibi procuravit ftimulando hoc inteftinum cum ligno, certum tamen eft, illam periculo prorfus effe expertem; Magnus Hippocrates (67) fcribit: rectum inteftinum, & fecans & refecans, & confuens & urens & putrefaciens, etiamfi graviffima funt, nihil læferis, ex quo aphorifmo patet, an nimirum hæc vulnera lethalia judicari debeant, uti affirmavit olim

(63) Cent. 5. obf. 84.
(a) tab. 8. fig. 1.
(64) lib. 2. prax. part. 1. cap. 10.
(65) Chirurgia efficaci part. 2. cap. 120.
(66) tractat. 4. doctrin. 2. cap. 2.
(67) lib. de hamorrhoidibus.

olim non nemo in disputatione quada ulterius idem Hippocrates c. loc. dicit : sphincterem turo posse incidi quovis modo fine officii sui læsione, si faltim ejus octava pars relinquatur intacta, alias sequeretur in voluntaria fecum excretio & tandem ipfa mors; inftrumentum quod in fiftulis ani requiritur eft fyringotomon, quo difcinditur callus cum carne, cavitate majori facta facilius callus reliquus auferri poteft. Obfervationem quanda, quod totus sphincter discissive fuerit, habet Owerkamb de rustico (68), an autem huic historiz fides habenda, limatiori judicio pollentibus relinquo. Nemo melius de curatione harum fiftularum fcripfit quam ipfe Hippocrates libro fapiusallegato. Celfus commendat (68) fetam equinam aut filum fericum, cujus trajectione ampliat ulcus : vide qvoqve de hujo curatione Scultet. (69), Item Sölingen (70). In fiftula thorocis obfervandum, turandas pro dilatatione filo allegandas effe, ne cavitatem thoracis intrent, præcipue autem turunda cava plumbea vel argentea pariter filo alleganda intrudatur, ut fic materia pedetentim evacuetur. Ultimo tandem quoad ipfam diætam, ut accuratifime victus ratio observetur, omnia falfa, acria viscida cane pejus & angue vitentur. Magnificus DN. HOFFMANNUS, PRÆSES (71) annotavit, quod quoties acidis vescantur ulcuscula artificialia gestantes altero mane pruritum & dolorem fentiant &c. Porro omnis exceffus in potu maxime spirituoso vitandus est, & affectuum regimen perfectum fervandum, corpus per intervalla purgandum., non nimium comedendum, excretiones fangvinis confvetæ promovendæ maxime menfium & hæmorrhoidum, craffus falfuginosus fugiendus & infusa diluentia sangvinem

temperantia frequentius usurpanda. FINIS.

(68) cap. 13. de fiftul. pag. m.351.
(68) lib. 7. cap. 4.
(69) In armament. chir. Lab. 45. figur. 34. 567.
(70) cap. 38. pag. m.330.
(71) In differtat. fua acroamatica acutiffima de acidi & vifcidi infufficientia pag. 8. c. 2.

# Nobilis fimo atque Claris fimo DN. ROEPERO S. P. D. PRÆSES.

SIcuti effato Ciceronis Lib. 1. de Leg. Juris disciplina non haurienda est ex edictis Judicum Tabulis XII., sed ex intima Philosophia: ita quoque ars medendi salutaris non ex autoritatibus placitis & affertis Medicorum, sedex intima naturæ Philosophia sive mechanica rerum cognitione addiscenda est. Pulcherrime monet Hippocrates Lib. de Steril. c. 18. S. 1. Teleur Quoin G. envay. conare ut Physicus sis: Etenim, postquam Medici altius quædam agitare conati, fibi rerum naturæ cognitionem vindicaverunt, dici vix potest, quantum per has vires falutaris nostra Professio increvit. Nec profe-Ao fine exquisita mechanismi naturalis tam universalis quam particularis doctrina medicina ullo modo rationalis effe potest, sed trunca & debilis erroribusque tum in theoria tum in praxi quam plurimis manet immerfa, adeò ut dicere non verear, Phyfices doctrina qui destitutus est, purum putum esse empiricum, utut vulgo existimetur sapientissime ROEPERE, quod longe solidius & fubtilius excoluisti studium Medicum tuum fecus ac vulgaris consvetudo est. Quartus jam circumagitur annus ex quo tu primus discipulorum meorum mecum acceffisti hanc Fridericianam, ubi consvetudine aC

ac familiaritate mea affidue usus est. Primum experimentalis Philosophiæ studiis, in quibus nos à primis an-nis viximus, deditissimus fuisti. His ceu fundamentis superstruxisti & pulcherrimo junxisti connubio Medicæ artis præcepta, utpote quæ magnum robur, firmita-tem ac lucem ab istis accipiunt. Chirurgiæ studium omnium utiliffimum & quod raro in Academiis agitatur, à pueritia satis solide percoluisti apud Parentem tuum Virum in hac scientia dexterrimum & non vulgarem. Cadaverum dissectionibus compluribus & curiofis viscerum inquisitionibus ac præparationibus solertissi-me adfuisti eximiam nobis simul præstando operam. Chymiam tam curiosam philosophicam, quam pharmaceuticam indefesso studio magnoque labore tractasti. Praxeos nostræ affiduus ferme comes & attentus spe-Aator fuisti. Quinimo nihil intermisisti eorum, quæ ullo modo acceffionem fœnerari poterant studio tuo, quæ tingere ingenium magis & ad folidam eruditionem perducere: Nec ulli occafioni aliquid addiscendi vel vivendi te subtraxisti, quare non possum non genuinum artis filium te merito salutare & honoribus istis, quos decoris ingeniis distribuimus, dignissimum judicare. Qua de caufa ex animo gratulor & optime ominor de studiis tuis laudatissimis probe maturis atque infirmum robur adoletis, quæ, ut jam fructus etiam ferant pulcherrimos ex toto pectore opto, precorque. Indulgeat clementissimus & largissimo ac uberrimo fœnore gratiam, omniaque virtutum ornamenta in Te effundat, ut misere ægrotantes insigne levamen ac sola-tium ex Tuo experiantur auxilio. Dabam ex Athenæo Fridericiano VIII. Idus Mart. Anno M DC XCVII.

Dum

## D<sup>Um</sup> Medicus doctas Chirurgis detegis artes, Ingenii dotes detegis ecce Tui. Pergastam doctos porro fubire labores

## Patria pro studiis præmia digna feret.

Experientissimo Dn. Doctorando ita gratulatur

SAMUEL STRYKIUS, JC.

138 36 36 <del>36 36 36 36 36 36 36 36 36 36 36</del> 36 36 36

Udit discipulus perfectus; quando Magistrum Perfectum refert, exprimit & sequitur, Estque novo Medico sic nomen silius artis; Ut pracepta sequi discat & arte dare. Non opus est multis extollere laudibus binc te, Nam ROEPERE diu yvnosios esse studes Filius Hosfmanni, quem sanior orbis adorat, Omnes quem Medici tollere ad astra solent. Sic imitare modo deinceps bunc gnaviter artis Principem; & in Pindo premia magna feres.

> Honori Nobilifimi Domini Doctorandi

> > deproperab.

J. P. LUDOVICUS, P.P